



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur  
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 456. Leonis Pap. Annus 17. Marciani 7. Aviti Impp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14573**

sexum Consulatum Valentiniani cum Nomo, annum Domini quadringentesimum quadagesimum quintum, tempora digesta habeat; vt planè decem annorum spatia inter cetera noscantur.

IESV CHRISTI

Annus 456.

LEONIS PAP. MARCIANI 7. IMP. AVITI. ANNUS 17.

L. AVITI CONSULATUS.

REDDUNT Fasti Consulares praesentem annum Domini quadringentesimum quinquagesimum sextum notatum Consulibus Ioanne atque Valeriano, seu Varare, et Cassiodori atque Marcellini Chronica docent. Verum Sidonius Apollinarius huius temporis scriptor alterum Consulatum Avitum Augustum ponit in Panegyrico ipsi dicto Kalendis Ianuarij; qui enim anno superiori creatum eum tradit Imperatorem, hoc anno Consulatum sibi huius explicat verbis:

Principi anterior iam Consule isse coronatam Annus, & emerita trabem adaequata crescent. ostendit id ipsum in fine. Sed & de eodem Aviti Consulate vetus extat monumentum: vt nullus penitus de his dubitandi locus reliquus esse possit. In basilica enim sanctae Agnetis via Numentana, eiusmodi in scripto legitur incisa lapidi pavimento inherenti:

CE. RONT.

LOCVS. GERVNT. PRESB. REQUIESCIT

AVITVS DEPONT. IMPERIVM.

IN DOMINO. CONS. EPARCHI AVITI V. C. Sic igitur de Aviti Consulate nulla remanet dubitatio. Sed accidisse puto, vt cum Imperio s. dem abrogatus fuerit Consulatus: hoc s. dem anno (inquit Cassiodorus in Chronico) Placencia depositus Avitus Imperium, qui illud tenuisse tradit menses decem & dies octo, licet Euagrius octo tantum menses eius Imperio tribuat.

II.

Porro de eiusdem Imperij depositione diuersae sunt sententiae: peste eum extinctum idem Euagrius tradit, Nicephorus autem fame vix imposuisse terminum, sed longè ab his abhorrent, quae de eo habet Gregorius Turonensis his verbis: Avitus vnus ex Senatoribus, & vt valde manifestum est) eius Aruerus, cum Romanam ambuisset Imperium luxuriose agere volens; à Senatoribus eiusdem, apud Placentiam urbem Episcopus ordinatur. Comperto autem, quod adhuc indignans Senatus vitae eum priuare vellet, basilicam sancti Iuliani Aruerni martyrii, cum multis numeribus expetiuit. Sed impleto in itinere vite cursu, obijt, delatusq; ad Brinatensem vicum, ad pedes didi martyrii est sepultus, haec ipse Gregorius.

III.

Ceterum ob odium in Maximum Imp. à populo occisum, Avitus, qui ab eo electus fuerat Magister militum, pallis inuidiam, Romano populo Senatibusque perinfectus reddidit, haud ab eo receptus est Imperator: quam ob rem quod nec sibi satis virum in militibus, nec tuta fides ob odium conceptum in Maximum, cui acceptus crebatur clades illata Vibi, Avitum sponte se abdicasse putamus. Ne autem errare contingat in nomine & genere, alius Avitus vixit hoc tempore, idemque Sidonio sanguine propinquus, ad quem extat data ab eo epistola, cuius est exordium: Multis quidem vinculis charitatis, &c. quae quidem cum demonstret se illius esse atate aequalem, planè facti necesse est, longè alium ipsum esse ab Avito, qui purpuram induit: nam constat hoc tempore Sidonium planè adolecentem fuisse, qui testatur se sub Consulatu Asterij, qui incidit in annum Domini quadringentesimum vnde quinquagesimum, ex nuper puero adolecentulum fuisse annorum puero sexdecim, vel circiter: cum tamen ex Panegyrico à Sidonio dicto satis appareat, Avitum Imperatorem, cum est creatus Augustus, fuisse emeritae militiae senem, qui iam quater Praefectura Praetorij Galliarum administrasset, longè antè, iamque ea, de qua idem Sidonius scribit, legatione apud Theodoricum Regem pro Maximo functus esset. Quotido igitur qui aequalis Sidonio

AVITVS ALIVS AB IMPERATOR.

e Sidonij. s. Epist. 6.

iuuenis fuisse in ea epistola Avitus dicitur, ille esse potuit Imperator, quem scimus eisdem Sidonij affectione in Panegyrico dici senem: Haec ad ambiguitates tollendas dicta sunt. Porro quod ad Aviti Imperatoris abdicacionem pertinet, hoc anno decimo sexto Kalendis Iunij facta ponitur fuisse; interregnum decem mensibus & diebus quindecim.

Sed quid inter haec qui suppeticas cum auxiliariis copijs pollicitus ad eum liberaliter fuerat Theodoricus Gothorum Rex Avito: Audi sanctum Ildorum: Theodoricus pro eo, quod Imperatori Avito sumendi Imperialis fastigium Gallis auxilium prebisset, Aquitania cum ingenti exercitu & cum ingenti licentia eiusdem Aviti Imperatoris ingreditur. Cui cum magna copia Rex Suenorum Recliarum occurreret, duodecimo Asturicensi urbis miliario, apud fluvium, qui Vrbicus appellatur, inito mox certamine superatus est, caesi suorum armibus, aliquid capto, plurimum fugatus, ipse postremum Rex telo sanctus fugit. Reclarius verò ad locum Portuaculaprofectus, Regi Theodorico captus adducitur. Quo perempto, ceteri, qui de prioribus certamine superstiterant, se se tradentibus, aliquantisper nihilominus interfectis, regnum Suenorum penè destructum est & finitum. Reliqui Sueni, qui remanserant in extrema Gallia Massylensi fluvio nomine Masurum sibi Regem constituunt: regnumq; reparatur Suenorum. Theodoricum autem de Gallia in Lusitaniam villor succedens, dum Emeritensem urbem depraedari molitur, beatissima Ecclesiae martyrii terrore ostentis. Mox aduersi sibi nuncijs, territus, de Emerita egressus, Gallias repetit, & partem exercitus cum suis ducibus iterum ad campos Gallicia dirigit: qui tunc Asturicensi regione, rursum reuertuntur in Gallias, &c. haec Ildorus: quae quidem hoc anno cepta, plurimum annorum implete curricula.

Porro Sidonius in epistola ad Agricolum Theodoricum hanc vitificè celebrat, & cum animi, tum corporis egegiam effigiem calami penicillo perspicuum cunctis reddit, & quod ad religionis cultum pertinet, haec habet, quae in Principe belligeris admitteris: Antelucanos sacrorum suorum ceteris minimis comitatus experit, grandi fidelitate veneratur: quamquam (sic sermo secretus) post animaduersionem, quod seruis istam pro consuetudine potius, quam pro ratione reuerentiam, ita quidem Sidonius, quod Theodoricus Atianus seclat esset, addit alia plura optimo Principe digna: vt non mirum videatur, si dignus habitus sit, qui clarissimi viri Sidonij Apollinarius laudibus celebraretur. Quod autem Theodoricus bella in Hispanias conuertit: cessant haec per commode Childerico Franchorum Regi, qui his diebus successerat Moroueo, dum absente Romano exercitu in Italiam secuto Avitum; & Gothorum viribus in Suevos conuersis, atque in Hispaniam opportuna occasione transfugis, datum est Franchis, cum sepe frustra Gallias pertentassent, vt sigerent tandem in eo solo felicitate regni radices. Iam enim diu ante temporibus Aureliani Imperatoris (vt Flavius Vopiscus h. est auctor) Gallias inuaserunt, & repulsi sunt; rursumque tempore Iuliani cum earumdem partes extremas attingissent, fuerunt ab eodem repressi. Insuper (vt alias repentinis ab occasione oblatas eorumdem grassationes in eadem regiones dicere praetermittamus) sub Valentiniano Maiore vnà cum Burgundionibus magno exercitu rursus Gallias inuasere, sed aequè reiecti: itemque sub Valentiniano tertio in Gallias sese intrusere, sed per Aëtium atque Maiorizum (vt Sidonius tradit) sunt victi, Tauto & Felice Consulibus, quod sanctus Prosper & Cassiodorus affirmant. Demum verò idem cum Atrila seclat in Gallias immisere, vt Sidonius docet, discesserint ne amplius, haud cerum est: Liqueat tamen, ab huius anni tempore, cum res Romanae collapsae essent, & Gothi negotium esset cum Suenis, Frachos in Gallia suas firmasse sedes, regnumq; stabilis seclat Parisijs, dicto Childerico regnante, qui (vt dictum est) successit Moroueo, quem praecesserat Clodio: quinam autem hos antecesserint, obsecutus est: haec quidem gentem fortissimam semper Reges, ex Ammiano & alijs constat.

Praetenti igitur anno, qui est primus à nece Maximianae ceptum apparere regnum Franchorum in Gallia; quibus

cum



141

CHILDERICUS

VII.

Exod. 1

VIII.

IV. P. de prof. VV. Andal.

Macedoniz IX.

cum cōsentiant Sigebertus, nempē ante Māximi regnate in Gallia cepisse Childericum; errat tamē ponens post annum sequentem eius exordium, & deceptus nimirum, dum sequenti anno Maximus interfecit esse putavit. De Parisiorum longa obfessione per Franchos mentio habetur in Actis b. sanctissimæ virginis Genovefæ, quæ miro modo periclitantem fame populū liberavit. Postea vero tandem esse Franchos Parisiorū civitate, & in ea Childericum ipsorum Regem sedem sumpsisse, eisdem Acta fideliter testantur: quibus etiam significatur, ipsū Regem etiā Ethnicum minime coluisse sanctissimam virginem, auditis ingentibus ab ea solitis edimaculis adeo ut petenti aliquid virgini nihil auderet omnino negare. Sed accipe id ex his, quæ in eisdem Actis de rebus ab ea peritis narrantur verbis istis: Childericus Rex Franchorum, iam Christianus effectus Christianam religionem in virginem hanc sanctissimam singulari veneratione prosecutus est: Nam cum aliquando quosdam reos capere periret animi sententiā decrevisset occidere; ne sancta Genovefa precibus posset stelli ad misericordiam exire egressus, iussit portas occludi. At ubi sancta Genovefa annuuntiam est, Regem eos nocendi gratiā extra oppidum processisse: mox illa veniam precatur, seclina abiit. Atque adueniens illa ad portas obsecrat, confestim ei, stupor factus confidit, quasi ad quoddam iuvenis imperium referat sunt; sic, ceptum carpeniter, ubi ad Regem peruenit, ne miser illi capite decederent, obstitit. Ita illi tam iam perituri, a profertissimo mortis discrimine sunt liberati. hæc ibi de rebus inter sanctam Genovefam & Childericum Regem transactis, cum multa alia hæc oportuit præcessisse, quibus tantam sibi apud novum Regem, & à religione Christiana alienum, naturam ferum, fiduciam comparasset.

Vides quidem, & puto admirari, lector, barbarum Regem idolorum cultorem, hostem Romanionominis, inuasorem Galliarum, eundemque (quod Gregorius ait) & moribus impudicum, tanto honore prosecutum esse virginem Christianam, ut exertum etiam ad ictum sublimem elatum gladium, veluti verante numine, eius rogatu cohibuerit, & incrementum vaginæ reddiderit. Ut planè ex his intelligas, quàm longe detiores Ethnicis sint hæretici, & quàm longissime à piissima illa sint Franchorum nobilitate degeneres ij, qui cum se profectantur esse Fideles, vincuntur tamen in veneratione & cultu Sanctorum ab Ethnicis Rege: cui quidem pro munere illud videtur à Deo omnium remaneratote largiter imperitum, ut sicut Aegyptijs obstrictibus ob subtracidos à nece Hebræorum intantur domus in premium fuerunt ædificatæ, ita Regi Franchorum regnum (quod hætenus barbarorum nulli licuit) in nobilissima parte Galliarum stabiliretur, permanens tam diu ipsū, quoad utque eulmodi in cultu Sanctorum piè iacta fundamenta permanferint; perituro verò omnino, cum eadem ipsa impiè admodum fuerint hæreticè prauitate reuulsa. At de rebus Franchorum modò satis, de illis actui frequentius suis locis.

Hoc ipso anno, vitâ functo (ut dictum est anno superiori) Deo gratias Episcopo Carthaginensi viro sanctissimo, qui ad preces Valentiniani à Genesico permissus fuerat, ordinari: nulla facta est Catholici potestatis alicuius in locum eius subrogandi, quin eius ordinatore Thomâ (ut vidimus) Iudibno expolito & verberibus iffecto remotionibus quoque prouincijs dempta est facultas & edinandorum Antistitum. Sed hæc tam dira, quæ Africana Ecclesia hoc anno ad cumulum præteritorum malorum passâ est, verbis Victoris ea describens in medium afferamus: Fallum est (inquit) ut post obitum Episcopi Carthaginensis, Zeugitane & Proconsulari prouincia Episcopos interdiceret ordinandos, quorum erat numerus centum sexaginta quatuor: qui paulatim desidentes, nunc simul qui supersunt tres tantum se videntur. Vincentius Gigitanus, Paulus Simmaritanus, verè meritis & nomine Paulus, & alius Quintranus, qui nunc persecutionem fugiens, apud Edessam Syria cūratem commandi peregrinus.

Sed etiam martyria quamplurima esse probantur, confessorum autem ingens & plurima multitudo, ex quibus aliqua enarrare

rentabo. Erant tunc ferri cuiusdam VV. Andalici fuit hic VV. ansalus ex illis, quos milenarios vocant) Martinianus, Saturnianus, & totum duo germani; erat & consuetudo eorum quadam egyptia Christi ancilla, nomine Maxima, corpore simul & corde decora (ex capta nuper VV. behis Wandali omnes erant dirati feruitijs.) Et quia Martinianus arripitator erat, & domino suo satū videtur acceptus, & Maxima vniuersa domini dominabatur: credidit VV. andalus, ut fideles sibi magis memoratos faceret famulo Martinianum Maximamq, coniugals consortio sociare. Martinianus, adolefcentulorum secularium more, coniugium affectabat: Maxima namque iam Deo consecrata humanis nuptiis resutabat. At vbi ventum est, ut tribunali adiret secreta silentia, & Martinianus nesciens quid de illo decreuerat Deus, maritali fiducia, quæ scdm coniugis cuperet cubitare: vni ei voce memorata satula Christive sponsi: Christo ego, d. Martinianus frater, membra mei corpori dedecant; nec possum humanum ortiri coniugium, habentiam celestem & verum sponsū: sed dabo consilium, si velis, poteris & ipse tibi præstare, cum licet, venci ego contempni nūbere, dololetari & ipse feruire. Ita factum est, Domino procurante, ut obediens virgini etiam adolefcenti suam animam lucraretur.

Nesciente igitur VV. andalo, compunctus, atque spiritalis secreti commercium mutatus Martinianus etiam suis fratribus persuasit, ut thesaurum, quem inhererent, haberent, utpote germani, communem: conuersus est itaque cum tribus fratribus. Dei puella comitante, nocte clam egressentes, Tabaceno monasterio, cui præerat tunc nobilis pastor Andreas, sociantur: illa verò haud procul ex monasterium inuoluit pyellarum. Scisitantemque barbaro inquisitione & muneribus crebra; quod gestum erat, scilicet non potuit inueniem itaque iam non sua, sed Christi mancipia, coniugit in vinculis, & varijs tormentis Christi seruos insectatur, agens eum non tantum, ut pariter miscerentur, sed quod grauius est, per baptizatiōis canonum fides sua ornamenta turparent. Peruenit hoc ipsum vsque ad notitiam Genesici. Decernit Rex, ut tam diu implacabilis herus seruos affigeret, quam diu illius succumbent voluerat. Iabet in modum ferarum suste robustos vel: palmariocum stirpibus fieri, qui quærentibus vergis, non solum ossa confingerent, sed etiam terabrantes aculei intrinsecus remanerent. Quodam sanguine efflueret, & dissipatis carnis, viscera nudaretur sequenti die, Christo medente, incolumes reddebantur, hoc sapius ac multo factum est tempore, ut nulla plagarum vestigia viderentur, sancto spiritu subinde curante.

Post hæc ardetur Maxima dira custodia, custodij, crudelis extenditur. Cui cum Dei seruorum non desset frequentia visitationem, vidonibus cunctis, ingentium lignorum putrescens soluta est forniculo. Miraculum hoc & voce omnium celebratur, & nobis, ad quem custodia pertinebat, cum sacramento restatū est ita fuisse. Ast ubi VV. andalus virtutem neglexit cognoscere diuinam, cepit in domo eius vindicatrix ira grassari. Moritur ipse simul & filij, familia, atque amplexum quæcumque optima erant, pariter intereunt. Remansitq, domina vidua marito & filijs, & substantiâ destituta. Seruos Christi cognato Regis Selsani gratiâ muneris offert. Quicquid eos vixit oblatum cum gratulatione nimia suscipiesset: filios & domesticos, sancti spiritum merito, male cepit demon varijs motibus agitare. Ex ordine ille cognatus, ut gestum erat, suggerit Regi. Decernit statim Rex eundem Gentili Regi Maurorum, cui nomen erat Capfor, recondendos debere transmitti. Maximam verò Christi famulam, confusus & vicius, propria voluntati dimisit, qua nunc super est virgo, mater multarum virginum Dei, nobis etiam nequam ignota.

Peruenientes autem traduntur memorato Regi Maurorum commanenti in parte eremi que dicitur Caprapilli. Videntes igitur Christi discipuli multa apud Gentiles & illicita sacrificiorum sacrilegia, ceperunt predicatione & conuersatione sua ad cognitionem Domini Dei nostri barbaros inuitare, ut tali modo ingentem multitudinem Gentilium barbarorum Christo Domino lucraretur, ubi antea nulla fama Christiani nominis fuerat diuulgata. Tunc deinde cogitatur, quid fieret, ut ager iam cultus & egratinnatus vomere predicationis Euangelicæ suscipere semen, & umbre sacri baptismatis rigaretur. Mittunt legatos per itinera disstenta deserti: perueniunt tandem in ciuitatem Romanam. Rogatur Episcopus, ut presbyterum & ministros credenti populo destinaret. Explet cum gaudio quod petebatur Pontifex: Dei constituitur Ecclesia baptizatur multitudo maxima barbarorum, & de supi grex sequentis multiplicati aciorum.

DE MAXIMA SACRA VIRGINE ET SOCIIS.

X. MAXIMA DIVINO VNT AD MONASTERIUM.

XI. MAXIMA DIVINO VVS LIBERATA.

XII. FIDES PROPALE VV. IN MAVROS.



XIII. DIRVM SVPLI C VM SANCIO RVM FRA TRVM.

Hoc Genserico relato sine sua nunciato Caspar. De qua resurgens invidiam inbet famulus Dei, legatus pedibus post terga currentium quadrigarum, inter spinoza loca silvarum pariter introire, ducta & redacta a demefis lignorum aculeis innocentium corpora carperentur, ita deligans, vt exitum suum inuicem periret. Quocumque vno correntibus Mauris sese mutuo conspicerent. Vale, sibi in angusto fuga vniquisque a dicebat: Frater, ora pro me amplecti Deus desiderium nostrum: taliter peruenitur ad regnum calorum. Ita que orando atque passendo, gaudens in Angeli, pijs animas emiserunt. Vbi que in hederum diem non desit ingentia mirabilia Iesu Christi Dominum nosse operari: Nam nobis beatus quondam Faustus Bivaritanus Episcopus attestatus est, eam quendam mulierem illuminatam fuisse, vbi ipse aderat presens, haec de martyribus & fide Christi in Mauritania Interiori propagata Victor. Claret adhuc vigetque horum sanctorum martyrum in publicis Ecclesiarum tabulis memoria rediuitua singulari annis decimasexti die mensis Octobris, vna cum Maxima horum bonorum omnium conciliatrice.

XIV. CVR MIT TANT RO MA...

Quod autem idem martyres susceperunt pro sacris ministris legationem esse mittendam ad Romanum Pontificem, cum tamen illi provincia proxima esset Mauritania Caesariensis, quae nondum erat Chausa sacerdotibus: inde conijcimus hos martyres ex Romana vrbe fuisse captiuos, & vnde venerant, petisse ministros, vel potius voluisse ipso limpidissimo fonte petere Catholicae scientia doctrina. Constat autem Episcopos, qui his temporibus erant in Mauritania, a S. Leone Romano Pontifice admonitos esse, vt Ecclesiasticam obseruantiam custodirent. Etenim qui totius Ecclesiae vniuersalis curae inuigilabat, Potentium Episcopum delegauerat, quin ea prouincia de Episcopis inquireret, an iuxta canones ordinari essent. Est de his ipsis S. Leonis epistola ad episcopos per Mauritaniam Caesariensem constituta, quae haec habet sui exordio:

XV. CVRA PROPEN SA S LEONIS DE EGLESIA MAVRITANIA.

Cum in ordinationibus sacerdotum quaedam apud vos illicitè usurpata, et ebrior ad nos committantur sermo per se: ratio pietatis exegit, vt pro sollicitudine, quam vniuersa Ecclesia ex diuina institutione dependimus, rerum fidem studeremus agnoscere, visam cura nostra proficiens a nobis fratri & consecratori nostro Potentio deleganter qui secundum scripta, quae per ipsum ad vos direximus, de Episcopo quorum culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet, inquireret, nobis omnia fideliter viduaret. Unde quia idem plenissime notitia nostra cuncta referant, & sub quibus quilibet rectoribus quaedam Christi plebes in partibus provincia Caesariensis habitant, sine qua nobis relatione patet: necessarium fuit, vt dolorem cordis nostri, quo pro Dominorum gregem periculis aestuamus, datus nunc ad vos litteris promeremus, mirantes tantum apud vos per occasionem temporis impetrati, aut ambulentium praesumptionem aut tumultum valuisse popularem, vt indigni quibus, & longè extra sacerdotale meritum constituti pastorale satragium & gubernatio Ecclesiae & dederet, &c. Porro huiusmodi ordinationes Episcoporum fuisse oportuit fecerit, ne scirentur a Genserico Rege, qui (vt nuper vidimus) edicto vetuit defunctis nouos subrogari ab illis Episcopos; nisi forte quod denegatum vidimus Zeugitanae & Proconulari Africae provinciarum, id permissum fuerit Mauritaniae Caesariensis, de qua agitur.

XVI. CVR BI GEM I NECTEM TOLENE CRISTE AP TIS LEONIS D SPEN SAT.

Sed illud planè admiratione dignum est, quod cum occasione perturbati temporis indulgendum videri posset Ecclesiae illi, quae ex collata persecutione ministris videretur maxime indigere, vt aliqua ex parte rigor canonum relaxari posset: tamen Pontifex Leo nihil voluit pretermitti Ecclesiasticae disciplinae, quam obrem bigamos uxginatos, vel qui antea viduam uxorem accepissent, deponi voluit, nec quidem curi eis dispensandum putauit: cum alioquin incredibilis esset in Africa penuria Dei ministrorum. Si enim (vt suo loco superius dictum est) temporibus Sancti Augustini, & Aurelij Episcopi Carthaginensis, licet florentissimus tunc status esset Ecclesiae Africae, ita tamen ministris indigens erat, vt illos ipsi a Romano Pontifice & ab Episcopo Mediolanensi litteris expeterint: quanto indigentiorum illis eandem Ecclesiam esse oportuit his temporibus Wandalaecae persecutionis

vgentis: Et tamen cum bigamis idem Leo minime relaxandam censuram Ecclesiasticam existimauit. Agit insuper in eadem epistola sanctus Leo de Lupicino Episcopo, qui ad sedem Apostolicam appellauerat, ac de alijs, quibus Romani Pontificis supremum in omnes Ecclesiasticus & potestatem vsu frequenter exhibitum manifestat.

Illustrat his temporibus eam prouinciam Mauritaniae Victor Cartenae Episcopus, qui aduersantes & insultantes exagitantibus hinc Catholicam Artianos scripto libro redarguit: quem quidem neque intra parietes continentium edendum post obitum, sed misit ad Gensericum Regem, paratus oppeteret pro fidei confessione martyrium, meminit eius iuchrationis Gennadius, & aliorum ipsius scriptorum, his verbis: *Victor Carthage Mauritanie ciuitatis Episcopus scripte aduersus Arianos libros vnum longum, quem Genserico Rege per suas audientiam obtulit, fuit ex pro merito ipsius libri dicit. Et de contentis publicis librum vnum, in quo regulam viuendi prouentibus inuicta scripturam auctoritatem instituit. Ad Basilium quendam super mortem filij librum consolatorum in spe resurrectionis perfecta instructione inuictum. Homilias etiam composuit multas, quae a fratribus saluti propriae lectis in libro digestas seruari cognouit. haec de Victore Gennadius.*

Sed & exiit in prelium pro domo Dei aduersus Arianos Voconius in eadem prouincia Mauritaniae Episcopus, de quo idem auctore haec pauca: *Voconius Castellani Mauritaniae oppidi Episcopus scripte aduersus Ecclesiam inimicos Indas & Arianos & alios hereticos. Composuit etiam Sacramentorum egegium volumem. Clarus & his ipsis temporibus itidem in Mauritania Pomerijs scientia celebris: qui illic recedens, Romam primum, inde se in Gallias contulit, multa que scripsit, quae Gennadius numerat, laudatque simul eius vitæ mores sanctissimos. Tot planè syderum illustretat radijs prouincia illa fuit, quae etiam nihil profuerit Wandalis, & ipsi Regiorum Genserico; constat tamen horum & aliorum sanctorum Episcoporum Libores Catholicis fuisse proficuos, vt potè qui eorum classico ad subendum pro recta fide martyrium animarentur: quod cum occasio exegit, egregie praestiterunt. Siquidem quod pertinet ad Gensericum tantum abfuit, vt ex Martiniac fractum martyrio & miraculis vllum poenitentia lignum ostenderet, vt acerbis ferocitate Catholicos exagitate perseque: aut nam audi Victoriam: A. cenditur inquit propter hac aduersus Dei Ecclesiam Genserico. Martit Proculum quendam in prouinciam Zeugitanam, qui coardaret ad tradendum ministeria diuina, vel libros cunctos Domini sacerdotis: vt primo armis inuaderet, vt ita facilius inermes hostis callidus captiuus esset. Quibus se non posse trahere iam scribit, ipse rapacem manu cuncta popolabatur, atque de palijs altaris (proh nefas!) eamissis sibi & memoralia faciebat. Qui tamen Proculus huius rei excussor, frustatum comedens lingdam in breui turpisona consumptus est morti. Ita vltus est pessimus daemon, eum obfidens, Dei omnium creatoris iniuriam Sed pergit:*

Tunc enim sanctus Valerianus Auentis ciuitatis Episcopus, dum viriliter, sacramenta diuina ne traderet, dimicasset: foras ciuitatem singularis in usu est pellis e. Et ita praecipuum est, vt nullus cum neque in domo, neque in agro dimitteret habitare. Qui in strata publica multo tempore nudo iacuit sub aere: annorum erat plus octoginta: quem nos tunc indigni in tali exilio meruimus salutare. Sed Valeriani defuncti tenis memoria indita factis chartis die decimaquinta Decembris in Ecclesia perseuerat. Subdit autem:

Quo tempore Paschali solennitate agebatur, & dum in quodam loco, qui Regia vocatur, ob diem Paschali honoris, nostri summet causam ecclesiam referentis, compererunt Ariani: statim quidam presbyter eorum, Andios nomine, congregata secum armatorum manu, ad expugnandam urbem accenditur innocentiis. Introierunt euaginati spathis, arma corripunt, alij quoque recedens confidunt, & per fenestras Ecclesiae sagittas spargunt. Ex tunc fortè & canente populo Dei, lektor vnu pulpito sistent, Aluianicum melos canebat: quo tempore sagitta in gutture iaculatum, cadente de manibus codice, mortuus post cecidit ipse. Nam & alij quamplurimi sagittis & iaculis in medio crepidinis altaris probantur

XVII. DE VICTO...

XVIII. DE VOCONIO...

XIX. VALERIANUS...

XX. PASCHALI...

XXI. MARTI...

XXII. MARTI...

XXIII. MARTI...

XXIV. MARTI...

XXV. MARTI...

XXVI. MARTI...

XXVII. MARTI...

XXVIII. MARTI...

XXIX. MARTI...

XXX. MARTI...



hantur occisi. Nam qui gladii tunc intercepti non sunt, postea po-

XXI.

Alibi namque fuit Thuna suda contigit, Galibus, vico Argom-

XXII.

Ipse enim Genesim proceperat (ita per suadentib. Episcopo suo)

XXIII.

Quem cum Theodorico Regi filium, quicum dominum erat, paxi

XXIV.

Tunc (subdit Victor) Theodorico in Bithacena pronunciam

XXV.

Vides, lector, esse divina curae & providentia, vt con-

centis nomen atlere iulerat triumphantium martyrum

Subdit Victor & reliquorum certamina martyrum istis

Sed audi vltimo loco positum vici clarissimi Saturi

Aduenit mulier ad lacum, vbi maritus singulari orabat,

Post hac (addit Victor) Genesim Ecclesiam Carthaginis

XXVI.

ARCIMI MIPRY STRA TENTATA VISS.

XXVII.

PRACIA RVM CER TAMEN SATVRI.

XXVIII.

Job 2. SVMMA SATVRI CON STANTIA. Marc. 10.

XXIX.



INSVLE  
ET LOCA  
MAR TI  
MA GNA  
VI PAS  
SA A GEN  
SERICO.

Claudi praecepit, dissipatu atque dispersis per diuersa exiliorum loca (quia Episcopus non fuerat) presbyteris & ministris. Quae vix referata est, Zenone Principe supplicante per Patrum Senatum; & sic vniuersi de exilio redierunt. sed de his suo loco. Porro haec quidem hoc anno (vt vidimus) ceperit, in sequentes sunt propagata. At vero non Africam tantum passa dirum barbarum, acerbum persecutorem ingemuit, sed & aliae Romani orbis prouinciae, cum ipse annis ferme singulis valida classe ora maritima infestaret. Hinc idem Victor adea, qua sunt dicta, adiciens corollarium, ista subiicit: Quae autem in Hispania, Italia, Dalmatia, Calabria, Apulia, Sicilia, Sardinia, Brugia, Lusania, Epiro, vel Hibernia gesserit, melius ibi ipsi quae passi sunt miserabiliter legenda narrabunt. haec tamen ipse.

XXX.  
OBIITUS  
MARCIANI,  
ET CREATIO  
BASILI  
II EPISCI  
ANTIOCHENI.

Hoc eodem anno defuncto Maximo Episcopo Antiocheno, in locum ipsius Basilius subrogatus est. At ne hoc de obitu Maximi tempore diuinitus esse creditur: inde certum deducimus argumentum, quod cum constet asseritione Nicephori, qui vnus catalogum Episcoporum Antiochenorum recensisse scitur, sedisse Basilius susceptum Maximo annis duobus, & qui illi substitutus fuit Acacius annum vnum, addatque memorabilem cladem illam terramoris Antiochiam sebruentis sub Acacio contigisse; constat vero eandem factam esse anno secundo Leonis Imperatoris, vt suo loco dicemus: cum idem Leo regnare cepit anno sequenti, & ab hoc anno vsque ad cladem illam tres intercedant inchoati anni, quibus impletur locus sedis Basilij & Acacij: dicendum vtique est, anni huius exordio Maximum esse ex hac vita subditum, cum sedisset annos septem, quippe quem creatum vidimus anno Domini quadringentesimo quadragesimo nono, cum Ephesi sub Dioscuro improbatum illud Ephesinum Concilium ageretur. Fuisse vero Basilius Catholicam fide praestantem, littera Syroci in Episcoporum data postea ad Leonem Imperatorem significant.

XXXI.  
PHILIPPUS PRESBYTER (INQUIT GENNADIUS) OPTIVUS ABBAS HIERONYMI COMMENTARIORUM IN IOB EDIDIT SERMONE SIMPLIUM LIBRUM. LEGI EUS FAMILIARES EPISTOLAS VALDE SASSAS, & MAXIME AD PAUPERUM ET DOLORUM TOLERANTIAM EXHORTATORIAS. MORITUR MARCIANO & AVITO REGNANTIBUS. HAEC IPSE.

IESV CHRISTI  
Annus 457.

LEONIS PAP.  
Annus 18.

LEONIS I. IMP.  
MAIORIANI I.

I.  
a Marcell.  
in Chron.  
b Cassiod.  
in Chron.  
c Euseb. li.  
2. c. 8.  
MARCIA  
NI IMP.  
OBIITUS.  
d Theod.  
Ecc. Cells.  
lib. 1.

SEQUITUR Christi annus quadringentesimus quinquagesimus septimus Constantino & Rufo inscriptus Consulibus, quo Marcianus Imp. ex hac vita migrasse ponitur a Marcellino & Cassiodoro & alijs: ex quibus corrigendus est Euaagrius, qui eum imperasse tradit vsque ad Imperium Seueri in Occidente regnantis: sed & redarguitur ex epistolis Sancti Leonis Papae ad Leonem Imperatorem ante Imperium Seueri conscriptis. Numentant vero annos Imperij Marciani sex integros, menses sex, & dies duos. Anni quidem huius exordio, nempe vigesima sexta Ianuarij defunctum esse Marcianum, Theodorus Lector cum tradat, de eo ista praemittit: Marcianus ad supplicationes, quae in Campo fiebant, egressus, multa largitus est egenis: Anatolium vero Episcopum hortatus est, vt secundum consuetudinem vrbis illius Episcoporum, a Tauris vsque ad Campum veteris supplicaret: Hic cum Marcianum pedem ingredientem videret, & des & ipse supplicauit ad haec addit idem auctor: Marcianus cognitus, qua contra Romanam ciuitatem & Imperatorem ab Africa fuerat pro maiestate Imperij commotus, ad bellum separauit. Contigit autem, vt ad supplicandum in Campum cum egrederetur, vigesima sexta Ianuarij diem obierit. haec Theodorus de tempore eius obitus.

II.  
MARCIA  
NI DIGNA  
LAVDES.

Praedicatur & inter alias eius virtutes digno praenonio a Nicephoro effusa in pauperes Marciani largitas, & in

primis inculcata religio, propensissimumque erga fidem Catholicam studium, & in Imperij administratione prudentia eius tempore omnes barbari conuenerunt legum insuper in eo laudatur inuiolata custodia, vt nihil praeter fas ubi concessum esse putaret; vnde non curauerit in canoqum contumeliam sancti tueri de primatu sedis Constantinopolitanae in Concilio Chalcedonensi decretum: celebratur & admiranda eius tum corporis, tum animi castitas; vt non tantum ab alienis abstinentis fuerit, sed quae accepit Augustam virginem coniugem, virginem pariter transtulisset ad Christum primum eius sponsum in caelis cum eo perpetuo regnaturam: Atque demum (vt vna sententia plura tamquam vno fuisse persuingam) vix sit reperiri inter Constantinopolitanos Imperatores aliquis post Constantinum, qui cum Marciano conferendus videtur. Quod igitur robore bellico atque religione polleat in numisnibus galeatus & dexterae iaculum tenens exprimitur, ex parte vero altera in signis Cruce geminata Victoria collocatur; prout ex auro numismate hic tribi reddendum caruimus.



Sed & ipsius pariter cedit laudi, quod adeo modestum & bene obsequentem quod raro committit reliquit in omnibus Senatui exercitum, ipsumque Senatui ad eum summam pace conuictum animis, vt ipso defuncto, quamuis legitimus desset haeres, & plures essent tum in militia, tum in Senatu, qui sibi Imperij iura praetextu aliquo vendicare, vel tyrannice arripere potuissent: summam tamen pace atque concordia, tamquam in illa florentissima olim Romana antiqua Republica tractaretur, qui optimus videbatur ipse a Catonibus eligetur Augustus: Siquis (inquit Nicephorus) communi Senatus calculo Leo Tribunus, Thrasylus quoque gener, Imperator Romanorum salutaris est, & a Patriarcha Anatolio diademate coronatus haec ipse. Verum Ardaburius & Aspar filius militiae Magistri videti voluerunt plus Leonis in Imperium promotores; quorum officium Leo non recusauit, & ipsorum petitionibus annuit, ea arte & manibus Arianorum hominum exercitus robore eliciens, quod timebatur a Catholicis omnibus. At non praeterenda statamus, quae de rebus ante Imperij gestis tradita posteris de Leone sunt. Nicephorus enim de eius rebus ante Imperium praeclearè transactis eiusmodi narrationem instituit:

Leo ipse cum nondum diuino nutu Imperialis dignitate exornatus priuatus degere, & circa eum locum (vbi scilicet postea factus Imperator construxit Ecclesiam) in hominem caecum tota via errantem incidit: & vicem eius miseratus, erat enim pro bono & misericors & in rebus omnibus consideratus & prouidus) manu eum duxit, oculi ei vicem praestans, gressumque eius per loca plana dirigens, si quid in itinere spinarum aut duris esset, quod incedentem offenderet, remouit: atque ille quidem hunc ducebat, ille autem sequebatur. Et iam itinere aliquanto confectis, prope caenosum hunc locum venerant. Caecus, ille sit plurimum conficiebatur, & quin concideret, parum aberat: ita humor omnium in eo actu vobis mentis exaruerat. Itaque Leo valde inuitus, ab eoq, crebris conuocis, vt sic eius mederetur, & vix laborem in vrbis a quapiam aliquantulum recrearet. Erat hoc inenarrabile cognitio & sapientia Dei, quae mirifice omnia instituit.

Ite igitur misericordia erga pauperem motus, densam suam omnem perlustrauit, & si quis aqua humor ibi careret, seruitatus est. Vt vero post fatigationem multam, in sella re ad illum rediit, & acrie admodum quiritaretur, quod misero illi in tali casu nihil solati conferre possit: vocem incredibilem praeter opinionem omnem ex alto ad se delatam audivit, quae diceret: Non ita anxietate te mactari oportet, Leo: ecce, aqua prope est. Proinde non hac voce contentus

et Leo  
Iud. Laid  
Pe. Iustin  
Roma

III.

LEONIS  
IMP. III.  
CRO.  
NIOPH.  
I. I. I.

III. I. I.  
IV.  
LEONIS  
IMP. III.  
CRO.  
NIOPH.  
I. I. I.

V.

DE LEONIS  
ANTHONY  
MIRACU  
LYM.

VI.

DE LEONIS  
ANTHONY  
MIRACU  
LYM.

VII.

DE LEONIS  
ANTHONY  
MIRACU  
LYM.

VIII.

DE LEONIS  
ANTHONY  
MIRACU  
LYM.